



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XXI. Ein vidimuss Bischoff Ludwigs von Brandenburk u. s. w. von Marggraff Woldemarss brief, welches Originalael hiroben Numero X zu befindenn.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

camerarius, Recognitione publica protestamur, quod matura deliberatione prehabita et nostrorum secretariorum ducti consilio, iuste et rationabiliter uendidimus uiris religiosis Abbati et conuentui Monasterii Celiporte pro centum et decem marcis argenti Brandenburgensis, nobis omnimode persolutis, proprietatem uille Storkouu iuxta Templien site et precariam denariorum in eadem uilla, que ad nos hucusque pertinuit, cum omnibus suis pertinentiis, agris cultis et incultis, pascuis, pratis, lignis, nemoribus, paludibus, siluis, rabis, stagnis, aquis, aquarum decursibus, fluentis, cum omnibus metis, terminis ac distinctionibus suis et simpliciter cum omni iure et consuetudinibus, quibus ciues dicte uille Storkouu temporibus antiquorum dominorum Marchionum uti consueuerunt, sicut uti graminibus in palude, que dicitur Louuenbruck, et pascuis in merica cum lignis iacentibus, etiam proprietatem cuiusdam stagni, quod Krempi dicitur, siti inter uillam Bartoldeisdorp et Storkouu, Renunciantes predictis omnibus et singulis simpliciter et expresse et omni iuri et dominio ac iurisdictioni, quoad nos et heredes nostros ac quoslibet domini nostri successores in perpetuum, Prohibentes omnes nostros officios, Dapiferos, Aduocatos et bodellos, uel quocunque alio nomine censeantur, ne predictos uiros religiosos aut ciues uille eiusdem aliqua exactione pecorum uel qualicunque precaria seu seruitio curruum aut qualicunque molestia inquietent aut perturbent, Adicientes quod si contractus venditionis pretacte per receptionem precarie aut alium modum quemcunque per nos, heredes aut successores nostros quomodolibet interruptus fuerit, Ex tunc nos et ipsi ad restitutionem pecunie quantitatis prenotate per Abbatem et Capitulum prenotatum recipiende tenebimur et finaliter tenebuntur. In cuius rei testimonium presentes conferri sigillique nostri appensi munimine iussimus communiri. Testes huius sunt: strenui milites Henricus de Yfoltzried, marscalcus noster, Alemannus de Degenbergk, chamere nostre Magister, Bechtikinus de Wildtberch, dapifer, Henricus de Buch, secretarii nostri dilecti, cum pluribus aliis fide dignis. Datum Spandou, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> tricesimo quinto, in die beati Marcelli.

Dass dise Copej mit Irem Rechten Original Auscultieret, Collationiret vnd demselben allenthalben gleichlautend sei, Dass Betzeuge Ich Erasmus Seydell, obgenanter Notari, mit Diser meiner Handschrift.

XXI. Ein vidimus Bischoffs Ludwigs von Brandenburk u. s. w. von Marggraff Woldemars brief, welches Original hiroben Numero X zu befindenn.

Ludouuicus, Dei gratia Brandemburgensis Ecclesie Episcopus, Tenore presentium recognoscimus publice et testamur, Quod literas domini Woldemari, quondam Marchionis felicis memorie, ueras et integras, non cancellatas, non abolitas, non rasas, nec in aliqua sui parte uiciatas uidimus et de uerbo ad uerbum legimus in hunc modum: In nomine Domini Amen. Cum operationes hominum quantumcunque licet legales obliuiosa cecitas consueta sit deducere in errorem, si ipsis non occurritur remedio scripturarum solemnium etc. Volget der Inhalt dises Briefes, wi oben Im Original No. X Von wort Zu wort zu befinden.

In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Scrapsdorpp, Anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXV<sup>o</sup>, Dominica, qua cantatur Jubilate.

Dass dise Vidimus Copei mit Irem Original Collationiret vnd demselben gleichlautend sey, Dass Betzeuge Ich Erasmus Seydell, obgesatzter Notarij, mit diser meiner eigen Handschrift.